



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Ioannis Andreae Copensteinii, Ordinis Prædicatorum
Theologi & Parochi Heidelbergæ Castigatio Apologiæ
Calvino-Catecheticæ**

Coppenstein, Johann Andreas

Moguntiaë, 1626

V. An fuerit vsitata in primitiua Ecclesia?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35247

2. Multa rectè fiunt, quæ tamen præcepta non sunt: vt seruare Virginitatem: Dare omnia pauperibus: orare flexis genibus; Euchariſtiam ieiune ſumere: initiari Sacris: creari in Doctorem. &c. abſtinere à vino, vt Rechabita.

V. *An fuerit uſitata in primitiua Eccleſia?*

MINISTER hagiomachus de hoc ſilet: ceteri Lutherocaluiniſtæ diſſentiunt. 1. Melanch. in apol. Conf. 4. 21. ignoratam ait fuiſſe ante Gregorium ſub annum 600: 2. Kemnicus ad Sefs. 22. poſt S. Auguſtinum ſæculo quinto: Autoremque inuocandi Deiparam eſſe Petrum Gnaphæum hæreticum in ſæculo quinto.

RESPONDEO. At Sanctos inuocarunt ipſi; docuerunt inuocandos; ac teſtati ſunt, rectè ſemper cultos & inuocatos eſſe antiquiſſimi Patres. In ſæculo 1. S. Iacobus Apoſtulus in *Liturgia*: præfertim ſalutationem Angelicam. Sæculo 2. Iuſtinus *Queſt.* 28. & in *Apologia ſecunda*. In ſæculo 3. Origenes in *Threnis*, in *Iob*. 1. 2. & *hom.* 16. in *Ioſuam*. Eulebius 1. 6. cap. 5. S. Cyprianus *lib.* 3. *epiſt.* 15. 18. Sæculo 4. Neſtarius Conſtanti-nop. in *orat. de S. Theodoro*. S. Ephræm *ſerm. de S. Martyribus*. S. Athanaſius *de Incarn.* Et in *Euang. de Deipara*. Baſilius *orat. in 40. mart.* Prudentius in *hymno S. Lauren.* S. Gregorius *Nazi. Orat. in Cyprianum*: & *orat. de S. Baſilio*. Gregorius Nyſſ. *ora. de S. Theodoro*. S. Ambroſ. *lib. de uidiis*. S. Hieronymus *epiſt.* 27. c. 14. S. Chryſoſtomus *hom.* 26. in 1. *Corinth.* Atqui hi omnes antiquiores ſunt S. Auguſtino. Item ipſe S. Auguſtinus *lib. Medir.* 6. 24. 40. & 1. 7. *de Baptiſmo contra Pelag.* c. 1. inuocat S. Cyprianum. *lib.* 22. *Ciuit.* c. 8. Refert miracula de inuocatis. Et iſtis longe poſterior fuit S. Gregorius Papa.

VI. *An Cælites res, precesque noſtras nesciant?*

MINISTER hagiomachus ſilet; ſolum Mortuos appellat Sanctos: *Eccl.* 9. *Mortui uero nihil no-uerunt amplius.* *Iob.* 14. *Si uo nobiles fuerint filij eius, ſiue ignobiles; non intellegit.* *Ma.* 63. *Abraham nesciuit nos, & Iſrael ignorauit nos.* At uero *DEVS*, 3. *Reg.* 8. *Tu*

neſti ſolus cor omnium. Ergo inuocandus ſolus; non alij.

RESPONDEO. 1. Angeli norunt preces noſtras: *Tob.* 12. 12. *Pœnitentiam noſtram internam; quia gaudent ſuper peccatore.* & c. *Luc.* 15. *Cultum Deo præſtitum,* *Pla.* 137. *In conſpectu Angelorum pſallam.* *Habitu mulierum,* 1. *Cor.* 11. *Ideo debet mulier uelamen habere ſuper caput propter Angelos.* Ergo & Sancti pariter. 1. *Quia,* *Luc.* 20. *Similes Angelis in ſtatu beatitatis.* Ecce *Apoc.* 5. *Seniores XIV. ceciderunt coram Agno, habentes citharas, & phialas aureas, plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum.*

2. *Quia: Sancti in cælis ſunt perfectiores Sanctis in terris: at hi cognoscunt arcana cordium: Vt,* 1. *Reg.* 9. *Samuel, quæ erant in corde Saulis.* *Elifeus,* 4. *Reg.* 5. *abſentis Giezi auaritiã;* & 4. *Reg.* 6. *ſecreta Regis Syriæ: Daniel,* cap. 2. *ſomnium Nabuchi: Petrus,* *Actor.* 5. *occultam fraudem Ananiæ.* Ergo Sancti in patria non erunt deterioris conditionis, quam ſancti in exilio. Ita S. Aug. 1. 22. *Ciuit.* c. 29.

Ratio: *Quia Amicus amico ſua manifeſtat: at ſancti ſunt amici Dei,* *Ioan.* 15. *Et in Deo diſtincte uident creaturas ut in quo reſucent omnes, & omnia.*

RESPONDEO II. ad autoritates. Eæ loquuntur de mortuis Vet. Teſt. qui non erant in ſtatu beatitudinis; ſed in tenebris, inque ignorantia rerum orbis huius: Secus Beati N. T. Plura in meo *Lutherocaluiniſta: inq; Nucleo Concionum de Sanctis ſub ſinem.*

AD QVÆST. XXXI.

MINISTER hic Myſteriomachus ait: 1. Nullum eſt aliud ſacrificium propitiatorium Corporis & Sanguinis Chriſti; niſi Cruentum in cruce. *Id ſecit SEMEL,* *Heb.* 7. & 9. *Per proprium Sanguinem ingreſſus eſt ſemel.* & c. 1. *Pet.* 3. *Semel paſſus eſt.*

2. Diſtinctionem Cruenti & Incruenti Sacrificij qua miſſæ abominatio tegitur, reſutat Apoſtulus, *Heb.* 9. *Absq; ſanguinis effuſione non ſit remiſſio: Mors intercedat neceſſe eſt. Vbi eſt peccatorum remiſſio, non eſt amplius Oblatio pro peccato.* Ergo eſt vnicum cruentum. Implicatque, Miſſam eſſe Sacrificium incruentum; qua Filius Dei conculeatur, iterum crucifigitur. &c.

S. Patres ubi meminerunt Incruenti Sacrificij, de Spirituali hoſtia ſunt intelligendi, deque memoria cruenti excitanda, 3. **MINI-**